

Secreta

Ad mensam coeléstis convívii fac nos, Dómine, eam mentis et córporis puritátem afférre, qua beátus Antónius María, hanc sacratíssimam hóstiam ófferens, mirífice ornátus enítuit.

Præfatio Communis

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias agere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Coeli coelorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas, deprecámur, súplici confessione dicéntes: Sanctus.

Communio

Imitatóres mei estóte, fratres, et observáte eos, qui ita ámbulant, sicut habétis formam nostram. (Philipp 8:17)

Postcommunio

Coelésti dape, qua pasti sumus, Dómine Iesu Christe, eo corda nostra caritátis igne flamméscant: quo beátus Antónius María salutáris hóstiæ vexillum, contra Ecclésiæ tuæ hostes, éxtulit ad victóriam.



SCHOLA CANTORUM KAUNENSIS, ANNO 2014

www.grigaliskasgiedojimas.lt

SEKRETA

Viešpatie, padaryk, kad mes ant dangiškojo pokylio stalo atneštume tą sielos ir kūno tyrumą, kuriuo šv. Antanas Marija taip nuostabiai spindėjo, kai aukojo šią šventą auką.

BENDROJI PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, mums visada ir visur Tau dėkoti, Viešpatie, šventasis Tėve, visagali amžinasis Dieve, per Kristų mūsų Viešpatį. Per Jį Tavo didybę šlovina angelai, garbina Viešpatystės, dreba Galybės. Dangūs ir dangiškosios kariaunos, taip pat ir palaimintieji serafimai vieningu džiūgavimu drauge aukština. Prašome, liepk, kad į jų tarpą būtų priimti ir mūsų balsai, su nuolankiu išpažinimu tariantys: Šventas.

KOMUNIJA

Broliai, būkite mano sekėjai ir žiūrėkite į tuos, kurie elgiasi pagal mūsų pavyzdį. (Fil 8:17)

POSTKOMUNIJA

Viešpatie Jėzau Kristau, tegu dangiškasis pokylis, kuriame mes buvome maitinami, uždega mūsų širdyse meilės ugnį, su kuria šv. Antanas Marija nešė išganymo aukos vėliavą, prieš Tavo Bažnyčios priešus, ir vedė į pergalę.

Proprium Missæ

S. ANTONII MARIAE ZACCARIA CONFESSORIS
ŠV. ANTANAS MARIJA ZAKARIJAS, IŠPAŽINĖJAS
(kunigas, barnabitų ordino įkūrėjas, kontrreformacijos vadovas)



Introitus

Sermo meus et prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapiëntiæ verbis, sed in ostensióne spíritus et virtútis.

Ps. Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, in consílio iustórum et congregatióne. (1 Cor 2:4, Ps 110:1)

Collecta

Fac nos, Dómine Deus, supereminéntem Iesu Christi sciéntiam, spírítu Pauli Apóstoli, edíscere: qua beátus Antónius María mirábiliter erudítus, novas in Ecclésiá tua clericórum et vírginum famílias congregávit.

INTROITAS

Mano kalba ir mano skelbimas buvo ne įtikinantys žmogiškos išminties žodžiai, o Dvasios galybės parodymas.

Ps. Dėkosiu Viešpačiui visa širdimi teisiųjų taryboje ir sueigoje. (1 Kor 2:4, Ps 110:1)

KOLEKTA

Viešpatie Dieve, padėk mums mokytis dvasioje Apaštalo Pauliaus, kuris skleidė Jėzaus Kristaus mokslą, kurio šv. Antanas Marija stebuklingai mokėsi ir vėl surinko į Tavo Bažnyčią būrius dvasininkų ir mergelių.

Epistola

Lectio Epistolæ beāti Pauli Apóstoli ad ad Timótheum (1 Tim 4:8-16)

Caríssime: Píetas ad ómnia utilis est: promissionem habens vitæ, quæ nunc est, et futúrà. Fidélis sermo et omni acceptióne dignus. In hoc enim laborámus et maledícimur, quia sperámus in Deum vivum, qui est Salvátor ómnium hóminum, maxime fidélium. Praecepta hæc et doce. Nemo adolescentiam tuam contémnat: sed exémplum esto fidélium in verbo, in conversatióne, in caritate, in fide, in castitate. Dum vénio, atténde lectiõni, exhortatiõni et doctrinæ. Noli negligere grátiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophétiam, cum impositiõne mánuum presbytérii. Hæc meditáre, in his esto: ut proféctus tuus maniféctus sit ómnibus. Attende tibi et doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens, et teípsum salvum facies, et eos qui te áudiunt.

Graduale

Testis mihi est Deus, quo modo cúpiam omnes vos in viscéribus Iesu Christi. Et hoc oro, ut caritas vestra magis ac magis abúndet in sciéntia et in omni sensu.

V. Ut probétis potióra, ut sitis sincéri et sine offénsa in diem Christi. (Philipp 1:8-9, 10)

EPISTOLĒ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Timotiejui (1 Tim 4:8-16)

Mylimieji, maldingumas viskam naudingas, nes jam skirtas esamojo ir būsimojo gyvenimo pažadas. Štai tikras žodis, vertas visiško pritarimo: mes todėl ir triūsiamė bei kovojame, kad pasitikime gyvuoju Dievu, kuris yra visų žmonių, o ypač tikinčiųjų, Gelbėtojas. Taip įsakinėk ir mokyk! Niekas tegul neniekina tavo jaunystės. Tiktai pats būk tikintiesiems pavyzdys žodžiu, elgesiu, meile, tikėjimu, skaistumu. Kol atvyksiu, užsiiminėk skaitymu, raginimu, mokymu. Nepamiršk tavyje esančios malonės dovanos, kuri tau buvo suteikta pranašo ištarė kartu su vyresniųjų rankų uždėjimu. Rūpinkis šiais dalykais, atsidėk jiems, kad visi matytų tavo pažangą. Žiūrėk savęs ir mokslo, ištvėrk šiuose darbuose! Taip veikdamas, išganysi ir save, ir savo klausytojus.

GRADUALAS

Dievas gali paliudyti, kaip jūsų visų pasiilgau Jėzaus Kristaus nuoširdumu. Ir dabar meldžiu, kad jūsų meilė vis augtų ir augtų pažinimu ir visokeriopu išmanymu.

V. Kad jūs mokėtumėte pasirinkti, kas gera, kad būtumėte tyri ir be priekaišto Kristaus dieną. (Fil 1:8-9, 10)

Alleluia

Alleluia, alleluia.

V. Replēti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in glóriam et laudem Dei. Allelúia. (Philip 1:11)

Evangelium

Sequētia sancti Evangélii secundum Marcum (Marc 10:15-21)

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis: Quisquis non recēperit regnum Dei velut párvulus, non intrábit in illud. Et compléxans párvulos et impónens manus super illos, benedicébat eos. Et cum egréssus esset in viam, procúrrens quidam, genu flexo ante eum, rogábat eum: Magíster bone, quid faciám, ut vitam ætérnam percípiam? Iesus autem dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi unus Deus. Præcépta nosti: Ne adúlteres, ne occídas, ne furéris, ne falsum testimónium díxeris, ne fraudem féceris, honora patrem tuum et matrem. At ille respóndens, ait illi: Magíster, hæc ómnia observávi a iuventúte mea. Iesus autem intúitus eum, diléxit eum et dixit ei: Unum tibi deest: vade, quæcúmque habes, vende et da paupéribus, et habébis thesáurum in cælo: et veni, séquere me.

Offertorium

In conspéctu Angelórum psallam tibi: adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo. (Ps 137:1-2)

ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.

V. [Kad būtumėte] pilni teismo vaisių per Jėzų Kristų Dievo garbei ir šlovei. Aleliuja. (Fil 1:11)

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Morkų tęsinys (Mk 10:15-21)

Anuo metu Jėzus kalbėjo savo mokiniams: kas nepriima Dievo karalystės kaip kūdikis, – neįeis į ją“. Ir jis laimino juos, apkabindamas ir dėdamas ant jų rankas. Jėzui besiruošiant iškeliauti, vienas žmogus pribėgęs puolė prieš jį ant kelių ir klausė: „Gerasis Mokytojaus, ką turiu daryti, kad laimėčiau amžinąjį gyvenimą?“ Jėzus tarė: „Kam vadini mane geru? Niekas nėra geras, tik vienas Dievas. Žinai įsakymus: Nežudyk, nesvetimauk, nevok, neteisingai neludyk, neapgaukinėk, gerbk savo tėvą ir motiną“. Tas atsakė: „Mokytojaus, aš viso to laikausi nuo pat jaunystės“. Jėzus meiliai pažvelgė į jį ir pasakė: „Vieno dalyko tau trūksta: eik parduok visa, ką turi, išdalyk vargšams, tai turėsi lobį danguje. Tuomet ateik ir sek paskui mane“.

OFERTORIUMAS

Angelų artume giedu tau šlovės giesmę: garbinu Tave prie Tavo šventyklos, dėkoju Tavo šventajam vardui. (Ps 137:1-2)